

5. Nos verus Israel sumus, laetemur in te Domine,
Hostem spernentes et malum, Christi redempti
sanguine.
6. Ipsum profecto tempus est, quo voce evangelica
Venturus sponsus creditur, regni coelestis con-
ditor.
7. Occurrunt sanctae virgines obviam tunc adventui,
Gestantes claras lampadas, magno laetantes
gaudio.
8. Stultae vero remanent, quae extinctas habent
lampadas,
Frustra pulsantes ianuam, clausa iam regni regia. *Nonnyobary*
9. Pervigilemus sobrie, gestantes mentes splendidas,
Adveniente ut Iesu digni occuramus obviam.
10. Mediae noctis tempore Paulus quoque et Sileas
Christum vincti in carcere collaudantes soluti sunt.
11. Nobis hic mundus carcer est, te laudamus Christe
Deus,
Solve vincla peccatorum in te Christe credentium.
12. Dignos nos fac, rex hague, venturi regni gloria,
Aeternis ut mereamur te laudibus concinere.
Ambrosius.

5. De Innocentibus.

1. Salvete flores martyrum, quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit ceu turbo nascentes rosas.
2. Vos prima Christi victima, grex immolatorum tener
Aram ante ipsam simplices palma et coronis luditis.
3. Audit tyrannus anxius adesse regum principem,
Qui nomen Israel regat teneatque David regiam.